



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 2. Quàm malè quidam Fortunam, Casus, aut Fata accusent?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

docet Firmicus Maternus, in cœlo, veteres posuerunt, *bonam Fortunam, & malam Fortunam*. Bonam, quam *αγαθὴν τύχην* vocant, 5. ab horoscopo signo ; malam, quam *κακὴν τύχην* nominant , 6. ab horoscopo signo constituerunt. Vtramque, vt inquit Pacuvius, *insanam, & cœcam, & brutam esse prohibent*. Quis *cœcæ* non indignetur, quæ nihil cernit, quò se applicet ? quis non succenseat *insanæ*, quæ tam atrox & instabilis est, nulla de caussa ? quis non irascatur *brutæ*, quæ dignum, aut indignum nequit internoscere ? at, si quid à Deo est, est ab intuente omnia, est à sapiente, est à justo, est à bono. Necesse est ergo , & ipsum esse bona mente datum. AEquiūs autem etiam mala ferimus, si constet, bona mente profecta.

## §. II.

*Quām male quidam Fortunam, Casus,*  
*aut Fata accusent ?*

Vnde calamitatis suæ remedium habent, qui *Casus* finistros, atq; inopinatos iracundè ferunt: qui incendia, furta, rapinas, spoliations, naufragia *Fortuna* suæ iniurias ascribunt ; neque vñquam desinunt , *Sortis* suæ temeritatem accusare , identidem dicentes : *malo se astro natos ; Fortunam alijs*

B 5                    bene

26 Cap. II. Remedium patientiae est,  
bene velle, sibi nouercam esse; aut superos hu-  
mana non curare. Deo conscio, omnia con-  
tingunt; & saepe quidem nostram patien-  
tiam exerceente, saepissime autem nostram  
puniente impietatem. Quid *Fortunam* in-  
jus vocant, quæ culpa caret? quid de *Casibus*  
queruntur, qui humani sunt, & sunt, sicuti  
fieri solent; immò saepe etiam, sicut fieri de-  
bent? Quid *Fatum* odiosum esse dicunt,,  
quod eorum delicta non præcedit, sed se-  
quitur? Fortasse enim infelices esse merue-  
runt? aut, si dispositio illa serièisque cau-  
rum, absque eorum peccato, miserias illis  
aduexit; non aduexit, ut fierent impati-  
entes, sed ut occasionem haberent virtutis  
exercendæ. Itaq;, cum talia incidunt, sum-  
mi Gubernatoris laudent bonitatem, qui  
eos aduersis *Casibus* vult erudire, ut Hercu-  
les, aut potius Iobi & heroës patientia cla-  
ri fiant, aut, ne nimium secundis rebus se se-  
fferant atque insolecant. In hunc finem  
*Fortuna* est

Horat. I.  
• 35.

*Præsens vel imo tollere de gradu  
Mortale corpus, vel superbos  
Vertere funeribus triumphos.*

Quid ais, Poëta? non *Fortuna*, aut *Antij*  
*Diua*, sed Deus est, qui superbis resistit, eos-  
que

que , cum merentur , deiccit ; humilibus autem dat gratiam. Ille est , qui , ab initio , depositus potentes de sede , exaltauit humiles . **Luc. I. 52.**  
Non *Casus* id fecit , sed Deus , per *Casum*.  
Quare qui *Casum* accusant , mordent , lace-  
rant , cani sunt similes , lapidem inuidenti ,  
cum non videt eum , qui proiecit. Itaque si  
*Casus* in poenam est , iudici ascribite ; si in-  
gratiam , ascribite benefactori , & exclama-  
te : *Commoveatur à facie eius uniuersa terra :* **Psal. 99.6.**  
*dicite in gentibus , quia Dominus regnauit.*

§. III.

*Iosephi Patriarchæ , & Saulis regis Fer-  
tuna à Deo gubernata.*

Vultis videre regnum eius ? Ut olim , per ipsum mare , duxit Israëlitas in terram sanctam ; ita quotidie adhuc homines , per medios fluctus , per tumentes procellas , per brevia & Syrtes ; per prosperos & aduersos casus , dicit ad portum æternæ felicitatis . Nunquid enim innocentissimum Iosephū , per inuidiam , per odia , per coniurationem insidiásque , & immites fratrum manus , per cisternam , per seruitutem , in quam , pro mancípio venditus est ; per impurissimæ leænae & leænae calumniam , per diuturnum carcerem (nam tribus annis in custodia fuit deten-